

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt VII. Vnum ex præcipuis in vita eremitica proficiendi mediis esse,  
sinceram erga superiores fidelitatem, & veritatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

cæremonia ritè obseruetur, aut negligatur, perinde arque si non ob alium finem le ad desertum conuident, quam ut vel cæremonia exactè perdiscant, vel se eorum accoriatam peritiam habebet, aliis demonstrent. Qui quidem nec sibi, nec aliis sunt uiles, atque in eo errore versantur, quod non animadverterat religiosam perfectiōnem esse, teste S. Bonaventura, instar cuiusdam arboris, quia tronum habet, ramos, fructus & folia, & quod cæremonia licet sancta sint & bona, non tamen sint aliud, quam folia, proindeq; quamvis eorum observantia haud quaquam negligenda sit, non tamen plus aquo affectanda, aut precipuum in iis studium & cura ponenda, sed potius in rebus magis substantiis, majorisque momenti: habitu p̄ oculis Christi Redemptoris nostri monito: *Hec oportet facere, & illa non omittere.*

## C A P V T . VII.

*Vnum ex præcipuis in vita eremita proficiendi mediis esse, sinceram erga superiores fidelitatem, & veritatem.*

**Q**ui coram DEO in veritate ambulat, etiam cum suis Superioribus DEI locum tenentibus, similiter sincerè, & veraciter ambulabit, quod nihil aliud est, quam Superiorem vivæ fidei oculo, tanquam DEUM agnoscere: & ut nostra regula præscribit, Christum potius cogitare quam ipsum, qui posuit ipsum, &c.

In prælato Christum dominum minime venerari, & considerare, eximiorum bonorum caula. His est omnium viæ Eremitæ bonorum fons, & scaturigo, unde innumerabiles fructus in animam diminant. Primo debet veneratio Superiorum, & tanquam Christi personam representantium, digna estimatio. Secundo intimus corondem amor, qui omnes mormurationes, & animi repugnias eliminabit. Tertio sincera omnium necessitarum, & spiritualium plagarum manifestatio, ut istanquam medicos a DEO constitutis subditis morbos curare, & sanare valeat; tanquam parer confoleretur, & compatiatur; tanquam Prælatus, & Pastor gubernet, & pascat, & ad perfectionem perducat: quæ omnia ex animi erga Superiorem veritate promanant; nec mitum quandoquidem revera DEI locum, viceisque Prælatum habete res planè certissima sit.

*Effundite ergo coram illo corda vestra.*

Quanti fecerint SS. Patres omnia animæ affectionū manifestacionē prælato factam? Inter antiquos illos Eremi Patres nihil sanctius, & inviolabilius obserbatur, nihil frequentius inculcabantur, quam hæc cordis sui coram superiori effuso, qua omnes animæ sue suis explicantes, non peccata solū, sed ipsas tentationes, & earundem origines, affectiones, imaginaciones, & præsertim orationis progressum, aliaque omnia exercitia, nudè candidè aperiebant, in omnibus actionibus suis, tam interior, quam exteriorius Prælati, tanquam DEI consilio, gubernationi, nutui, sese omnimodè subjicientes. Confirmat hoc Cassianus duobus exemplis valde mirabilibus.

Primo Heronis Eremitæ, qui tantæ paenitentie, & austerioris existit, ut paucum imitari valerent, & nihilominus, quia proprio leipsum

judicio, & arbitrio gubernare presumpsit, à Diabolico conque deceptus est, ut in pueram se precipitaret.

Alterum est Abba'is Serapionis, qui adhuc juvenis, diaboli suggerit, diebus singulis magistro, patrício suo spirituali dimidium panis fragmentum ad eum clam surripiebat, quare tentationem vincere non prævalens, tandem magistro suo appetente derexit, nondum fermoneum absolverat, & ecce dæmon sua juvenis in figuraflammæ egelitus, tanto cellam factore replevit, ut eum nec magister, nec discipulus ferre possent.

In casu autem, quo Prælatum non haberet, in semper tamen Confessari, aut alietius viri pudenter, & spiritualis iudicio regatur, in eruditè canitu admodum docet Richardus in Cant. cap. 39. Re. adū. Etos gressus pedibus suis taciturn, quia cuncta cum consilio faciunt, & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordis in confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit, nec ab inimico decipi, qui suggestiones ejus detegit. Quid paucis confirmat Cassianus Coll. 2. cap. 1. Nullo namque viito alio, tam præcipitem diabolus monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quam cum negliget consilii seniorum, suo iudicio peruersi, diffinitionique confidere.

Qui ergo in vita eremita proficere desiderat, hanc sinceram fidelitatem portam intrare necesse habet, hoc enim Hierarchicus in Ecclesiæ hac militante divina dispositionis ordo postulat: quod homines non immediatè ab ipso DEO, sed ab hominibus, pulcherrima subordinatione ad hæmatitis etiam exercitium vult gubernari: sed & Angeli inferiores, à Superioribus purgantur, & illuminantur, veluti cum hæstant ex puto aquam, unus aque ductus in alium, & hic in lequentem, & sic de ceteris, ordinata communicatione transfundit. Nec existimet quisquam sibi sufficere, si fortasse, doctrina aut prudentia excellens, plures etiam quam Prælatus, vulneribus morbisque suis convenientes noverit medicinas, non enim scientia propria faluunt, aut medelam confert, sed vera humilitas, & viva erga Superiorum fides: quam primum enim infirmitates nostras Prælato manifestamus, totum nolti curam in DEUM recipimus, qui nos affectu paterno infallibiliter suscipit.

Nullam prorsus præterea securitatem præstare Alii possunt emplastrum spiritualia, propriæ voluntatis jucundus arbitrio vulneribus applicata: quam enim aliis felicitantem promisit DEUS subditio, propriæ passiones iudicio suo carare attentanti? Nullam digne certe: unde nulla quo que certitudine cognoscere potest, medicinam hanc convenientem, multo etiam minus divinae voluntatis beneficito, gratam & accepram esse. Verum quandoq; Prælato ordinata est, à DEO ordinata est, nec aliter nisi Prælato præscripta unquam profutura, cum & DEI locum, viceisque in terris gerat, habeatque promissam divini concursus assistentiam, tecum illud, qui vos audis, me audit.

Nunquid non forsan plures & meliores erant fluvii Syrie, aquis Irael, ad emundandam leprum Naaman? Sed medicis, quia curatus est virtus efficacia, non tam in ablutione aquarum lordanis, quam in prophética applicatione confitebat, cum ipsi ELISEUS nuncium misit dicens: *Vidi delavare septem in Jordane.*

Multa remedia, nonnunquam etiam ex se meliora, quam Prælatus, proprio martre repetit Ec-

Eremita; sed quis le Prælati auxilium implorando  
humiliat, certe & indubie feciat, multo amplius  
sibi profuturum Superioris consilium, licet exile  
videatur, quam quodvis aliud, quantumvis natu-  
ra sua preflacissimum: nam reveta, in ore Præ-  
lati aqua mutata in vinum, & q[uod] i[n] impropositio-  
natum morbo videbatur, eventus probat effi-  
caciissimum.

**Docu-**  
**mentum**  
**zund ob-**  
**servatio-**  
**nedigni-**  
**fiuum.**

Denique, ut stationem dixerit hujus absolu-  
tum, operæ præceptum est ultimum hoc addere do-  
cumentum, ut Eremita profectus lui cupiens,  
omnia exercitia cum spiritu, & fervore perficere  
satagat.

Nam sicuti fervor rebus etiam minimis dat vi-  
tam, ita & ignavie tepidas, & conluctu[m]is lan-  
guo candens auferunt, & quamvis nobilia & vi-  
taillima opera, proculs emortua reddant.

Deploranda certè quorundam indiscretio est,  
qui cum aliquantulo majori labore actiones suas,  
spiritu & fervore mirifice nobilitate, ac fecunda-  
re possent, malunt tamen tepiditate sua vitalitatem  
gratia Spiritus Sancti fervorem excludendo, die  
ac nocte, sine fructu, aut gusto, inutiliter & te-  
diosè laborare. De quibus jure merito Evan-  
gelica moveri potest querimonia, ut quid adhuc  
fanciam deferti terram occupant, inviles, infatu-  
tuos, emotui, qui corpore quidem, quasi exani-  
mi cadavere, sed spiritu delicti, vita regionem  
incolunt, quique sacram Eremum ad passionum  
mortificationes, vitaque exirpanda ingressi, in-  
tancubus in instituti scopo aberrant, ut portio-  
scipios amplias virtus iradicent, & propriam  
passionum deo dinationibus miserabiliter serventur  
subjiciant.

De talibus Eremi incolis, in hunc modum  
loquitur Eusebius Emiliensis: Quid nobis prodest  
habitationis hujus secretum, quando tyranico  
dominatu[m] in nobis malitia regnat, ita superequi-  
tar, majoremque meum, reverentiam, atque cu-  
sodiām nobis incurrūt humanus oculus, quam di-  
vinus? dum nos, qui extra mundum esse nos cre-  
dimus, & mundum nos reliquise præsumimus,  
& jactamus, mundum intra nos per diversarum  
vita passionum, per imagines phantasticas, &  
cogitationes inanis, claudim tenemus. Quid prodest,  
si locusq[ue] situs, solum corporaliter  
teneatur? & inquietudo in corde versetur? quid,  
inquit, prodest si in habitatione silentium sit, &  
inhabitatoribus vitiis tumultus, & collucta-  
rio passionum? si exteriora nostra ornent serenitas,  
& interiora conturbet tempestas? & infra. Scia-  
mus ergo parum, a[nt]e nihil nobis prodest, si cor-  
pora nostra jejunis, abstinentia, vigilis, disciplini-  
nis, ueste aspera, durioris que stati reclinatorio infi-  
ligamus, & animas nostras à vitiis, ab inquietu-  
dine passionum, à superbia, ira, impatientia, non  
purgeamus. Quid prodest corpo aliis affliccio[n]is,  
si lingua, & mente detupet detractio[n]e? nonne  
omnis labor noster in nihil redigitur? O quam  
periculorum est cellam inutiliter occupare, in qua  
alius fructuose demoraretur, suisque meritis &  
precibus fundatori, & benefactoribus, ac aliis  
multis auxiliatur.

### C A P V T VIII.

De secunda exercitiorum Eremiticorum sta-  
tione sive diata.

POstquam jam per duos circiter mensis in pri-  
oribus his fere exercuerit Eremita, ad altio[n]em  
Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

ra, & nobilio: a exercitia cotanimusque attollat,  
in quibus etiam aliquanto diuersis modis induit  
erit. Echorum quidem hunc sibi praeficitur si-  
nem, ut magna, assiduaque diligentia, totam  
interioris hominis fabricam, passionum omni-  
um mortificatione, & continuâ virtutum exerci-  
tatione reformeret; ipsum etiam intellectum oras-  
tioni, & contemplationis studio illuminaret, ap-  
tumque, & capacem efficiat sublimissime rerum  
divinarum, & celestium cognitionis, qua homo  
DEO simillimus, & divinae unioni proximus  
constituitur, ut in tercia mansione dicetur.

Duplex hujus via est exercitium, unum mortifi-  
cationis passionum, alterum acquisitionis virtutum.  
Scopus est puritas cordis, duobus simili-  
ter mediis acquirendā: priori quidem passio-  
num mortificatione, & acquisitione virtutum;  
posteriori, cognitione DEI per meditationem,  
aut contemplationem. Quibus nihil condoci-  
bilis est, quam attentā vita & passionis Domini  
nostrī JESU Christi consideratio, & fedula virtutum,  
in ea resplendentium imitatio. Nihil  
enim aperiens DEI naturam, & perfectiones de-  
monstrare potest quam Christus Dominus. In  
ipso enim divinarum perfectionum attributa,  
omnipotētia, magnitudo, sapientia, bonitas, mi-  
sericordia, & iustitia, ex quibus in DEI cogni-  
tionem deducimur, manifeste coruscant; in ipso  
tanquam lucidissimo speculo, in quo jugerem  
tendamus, & perfectissimo, quo efficacissime  
moveamur exemplari virtutum omnium exerci-  
tia clarissimè reluerunt.

Atque ita totum statu[m]e hac decertantis exer-  
citium, in cognitione, & imitatione JESU Christi  
principiū consistit. Unico enim hoc & prin-  
cipali medio clarum DEI notitiam percipiet, &  
virtutes perfectissimas, quibus ad beatam tendat  
amoris cum DEO unionem, in seculo solidissime  
insculpet. Nam si Christus Dominus oltum  
est, quo intratur ad Patrem, q[uod] modo quia eo  
deficit, pro imperando perfecte orationis, aut  
cognitionis divinae dono ad Patrem luminaria  
pertingere poterit. Est meditatio a[nt]e que imita-  
tio vite Domini nostri JESU Christi utilissima,  
securissima & maximi meriti, atque omnium  
omnino viarum compendiosissima, & subli-  
missima, & idcirco huncq[ue], quoad vixerimus  
ab ea deflectendum. Solummodo tria hujus  
mansio[n]is exercitia breviter explicabimus.

#### Primum exercitium.

PRimum itaque diata hujus secunda Exerci-  
tium est, passionum anime mortificatio[n]is &  
abnegatio[n]is, cum homo animoso & forti con-  
tum sibi indicet, & vim inferit in cohendendis  
animis sue passionibus, voluptatibus, commo-  
ditatibus, sensibus, proprio iudicio, propria  
voluntate, honore, lucris, consolationibus,  
omnib[us]que alii patris rationalis inordinatis  
affectionibus, & amoriis, & totaliter iesum  
abnegens fratno rationis mortuum suorum cater-  
vam moderat & gubernat. Et quia ab hac  
passionum refractione virtutum moralium origi-  
no dependet, cum he illatum moderatione in-  
troducantur, & exerceantur, hinc tota difficultas  
in hac perfecta suis plus mortificatione & abne-  
gatione consistit. Vnde quamoptimè Cassia-  
nus Coll. 5. cap. 16. duplo majori labore allerit proce-  
ssus passionum affectiones eradicari & mortificari, dēdum,  
quam virtutes ipsas in anima inferi. Consu-  
lit